UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Monath April, biß zu Ende des Jahrs 1646. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90103122

§. XIV. Die Kayserliche Gesandten exhibiren ihre geänderte und kürtzer gefaßte Duplicas in puncto Satisfactionis Gallicæ: des Legati Volmars Rede dabey gehalten.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52163

Visual Library

1646. Majus. 1646. Majus.

der prætendirte Pfältziſche Churfürſt zwar wiederum zur Chur, aber ultimo loco admittiret, jedoch auch ihm einige weitere Anſprache an die von Chur-Bayern innhabende Regalien, Würden und Gerechtigkeiten, nicht verſtattet werden ſolle. 4) Daß ſelbiger ſich mit der Reſtitution der Untern-Pfaltz alleine contentiren ſolle; endlich 5) Daß beyde Cronen Franckreich und Schweden, dieſen Vorſchlag *manuteni*ren helffen, und, ohnerachtet die Pfältziſche Erben und andere ihre Anhänger, darin nicht willigen wollten, ſich doch der Sache ihrentwegen nicht weiters annehmen ſollten.

Warum in der Kayſerlichen Duplic, die Chur-Bayeriſche Poſtulata nicht ſpecifice eingerücket worden?

Volmar antwortete darauf: es wären dergleichen Particularia, in der Kayſerlichen Geſandten zu Oßnabrück Replic nicht eingeſchloſſen, ſondern man habe ſolche zu der beſondern Satisfactions-Handlung mit Schweden, gezogen, und eben darum wäre es auch in den Kayſerlichen Duplicis ausgelaſſen, und allein die Worte: *certis Conditionibus*; eingerücket worden: weil nun das abbreviirte Concept der Duplic nach Oßnabrück geſchicket ſey, und noch morgen wieder zurück erwartet würde; ſo werde es ſich nicht ſchicken, weiter etwas daran zu ändern: er, Volmar, aber ſey erböthig, in ipſo actu extraditionis Duplicarum, bey dem Puncto Satisfactionis Gallicæ, alle andere, in der Kayſerlichen Oblation, hie bevor repræſentirte Conditiones, mithin auch wegen der Pfältziſchen Sache, conceptis verbis mündlich zu recapituliren, und ſelbige pro Conditione ſine qua non, wie vorhin, alſo auch jetzo nochmahln, gegen den Mediatoren ausdrücklich zu bedingen, und ſie zu erſuchen, daß ſie ſolches den Frantzöſiſchen Herren Plenipotentiariis, nebſt Einhändigung der Duplic, referiren ſollten.

§. XIV.

Die Kayſerliche Geſandten exhibiren ihre geänderte und kurtzgefaſſete Duplicas, in puncto Satisfactionis Gallicæ.

Nachdem nun die Kayſerliche Geſandten zu Oßnabrück, die ihnen aus Münſter communicirte abbreviirte Duplic durchgegangen, und nichts dabey zu erinnern gefunden; ſo ſchickten ſie ſolche an ihre Collegen, nach Münſter wieder zurück, daß ſie ſelbige den Mediatoren, doch cum adjecta conditione, daß das vorige Concept bey ihnen in depoſito bleiben, und in caſu Pacis non concluſæ, pro exhibito gehalten werden ſolle, übergeben und ſie dabey erſuchen möchten, den Frantzoſen zu zu ſprechen, daß, weil die Proteſtanten ſich nicht accommodiren wolten, ſie ſich mit den Catholiſchen, wieder ſelbige conjungiren ſollten. Darauf begab ſich der Graf von Naſſau nebſt dem Legato Volmar, Samſtags den 5ten Maji, Vormittag um 10. Uhr, zu den Mediatoren, und behändigten ihnen, die abgekürtzte Duplicam, mit nachfolgendem von dem Legaten Volmar gehaltenen Vortrag:

Rede, ſo Legat Volmar dabey gehalten.

Illuſtriſſimi &c.

Secuti ſumus conſilium, quod nobis dederunt, & re cum Domino Comite a Trautmansdorffio, cœteriſque Collegis noſtris communicata, omnia expunximus, quæ offenſionem, aut novam altercationem parere poterant, totamque reſponſionem ad 4. duntaxat folia redegimus. Eam igitur offerimus Veſtræ Illuſtriſſimæ Dominationi Veſtræque Excellentiæ, rogantes, ut eandem Plenipotentiariis Gallicis exhibeant, eosdemque diligenter hortentur, ut ne diutius hoc negotium protrahant, ſed quam primum de concludendo & finiendo toto Pacis Tractatu, cum Plenipotentiariis Suecicis conveniant. Facimus autem hoc cum expreſſa reſervatione, quod nihilominus prior noſtra ſcriptura intra manus Dominorum Mediatorum, tamque in depoſito remanere, & caſu, quo Pax cum Gallis non coiret, cum vera noſtra Duplica, & pro nunc & tunc publicata haberi debeat, ſalvis quoque aliis remediis & legitimis defenſionibus pro manutenenda & propugnanda juſta Cæſareæ Majeſtatis cauſa adducendis. Quod vero Art. 13. diximus, Gallis Superiorem & Inferiorem Alſatiam cum Sundgovia, certis conditionibus relinqui, intelligimus omnes illas in prima noſtra oblatione ſpecificatas, quas etiam huc per expreſſum repetitas volumus.

Im-

1646. Majus. Imprimis quod ad cauſam Palatinam attinet, tanquam conditionem ſine qua non, eam ſequentibus membris comprehendimus. 1646. Majus.

Primo, ut dignitas Electoralis remaneat penes Sereniſſimum Ducem Bavariæ, totamque Lineam Wilhelmianam, in perpetuum, cum omnibus Regaliis, Officiis, Præcedentiis, Inſigniis & Juribus quibuscunque, quemadmodum Sua Serenitas eandem hactenus tenuit, exercuit & poſſedit, nullo prorſus excepto.

Secundo, ut Cæſarea Majeſtas effective liberetur onere Evictionis, dictoque Domino Electori permaneat loco ſolutionis pro debito 13. Millionum, totus Palatinatus Superior cum omnibus appertinentiis, absque ulla detractione aut diminutione, in perpetuum & irrevocabiliter.

Tertio, ut Princeps Palatinus, qui ſucceſſionem in Electoratu prætendit, ad eandem quidem dignitatem admittatur, ſed octavo & ultimo loco, nihil tamen juris Ipſi ad ea, quæ hoc nomine Electori Bavariæ attributa ſunt, competat, idemque Princeps Palatinus reſtitutione Palatinatus Inferioris pro ſe & hæredibus ſuis contentus maneat.

Et quarto, ut Plenipotentiarii Gallici, non ſolum ipſi in has conditiones conſentiant, verum etiam in eandem ſententiam Suecos adducant.

§. XV.

Kayſerliche Duplicæ abbreviatæ.

Die Kayſerliche Duplicæ, wie ſolche abgekürtzt und verändert waren, lauten alſo, wie nachſtehende Formalien geben:

Duplica Cæſareanorum ad Gallorum Replicas, ad ſenſum Mediatorum abbreviata iisdemque exhibita Sabbatho 5. Maji 1646.

Ad Proœmium.

Dicunt Cæſareani ad ea, quæ hoc loco Regis Chriſtianiſſimi Plenipotentiarii adferunt, plura reponi potuiſſe, niſi omiſſis hujusmodi ambagibus, ad rem ipſam feſtinandum eſſe judicarent: imo niſi commune omnium votum ita poſtulare animadverterent.

Et cum dicti Plenipotentiarii hoc loco acceptârint reſervationem explicandi ſe ulterius utrique parti æqualem & reciprocam, Cæſareani quoque contenti ſunt.

Quod vero poſtulant Salvos Conductus pro Luſitanorum Mandatariis, Cæſareani dicunt, hanc poſtulationem eſſe rem prorſus novam, nec ad hosce Congreſſus pertinentem, cum in Conventionis Hamburgenſis tractatione de Luſitanis non fuerit cogitatum, de eorum Mandatariis admittendis nihil omnino actum, dictum ac conventum, ſed imo Salvorum Conductuum conceſſio pro Fœderatis & Adhærentibus Coronæ Galliæ ad Imperii Ordines reſtricta. Itaque rationem Galli nullam prætendere juſtam poſſunt, qua neceſſe ſit, à Cæſarea Majeſtate hujusmodi Salvos Conductus concedi: nam intentio contrahentium in modo dicta Conventione fuit, ut iis Confœderatis tantum liber acceſſus pateret, qui in hoc bello Germanico ab una vel altera parte impliciti erant.

Ad Replicas primi Articuli.

Quatuor capita non parvæ conſiderationis in hac Replicatione continentur: 1) Non eſſe Gallis eorumque Fœderatis *bellum* contra Imperium. 2) Declarare ſe Cæſareanos debere, an velint Pacem in Imperio tractari & concludi